& (per hanc Propositionem) $a\dot{x} - 2\dot{y}y = 2\dot{z}z$ seu $\frac{a\dot{x} - 2\dot{y}y}{2z} = \dot{z}$, hoc est $\frac{a\dot{x} - 2\dot{y}y}{2\sqrt{ax - yy}} = \dot{\overline{\sqrt{ax - yy}}}$. Et inde $3x^2\dot{x} - \dot{x}yy - 2x\dot{y}y + \frac{a^3\dot{x} - 2aa\dot{y}y}{2\sqrt{ax - yy}} = 0$

Et per operationem repetitam pergitur ad fluxiones secundas, tertias & sequentes. Sit æquatio $zy^3 - z^4 + a^4 = 0$, & fiet per operationem primam $\dot{z}y^3 + 3z\dot{y}y^2 - 4\dot{z}z^3 = 0$, per secundam $\ddot{z}y^3 + 6\dot{z}\dot{y}y^2 + 3z\ddot{y}y^2 + 6z\dot{y}^2y - 4\ddot{z}z^3 - 12\dot{z}^2z^2 = 0$, per tertiam $\dddot{z}y^3 + 9\ddot{z}\dot{y}y^2 + 9\dot{z}\ddot{y}y^2 + 18\dot{z}\dot{y}^2y + 3z\dddot{y}y^2 + 18z\ddot{y}\dot{y}y + 6z\dot{y}^3 - 4\dddot{z}z^3 - 36\ddot{z}\dot{z}z^2 - 24\dot{z}^3z = 0$.

Ubi vero sic pergitur ad fluxiones secundas, tertias & sequentes, convenit quantitatem aliquam ut uniformiter fluentem considerare, & pro ejus fluxione prima unitatem scribere, pro secunda vero & sequentibus nihil. Sit æquatio $zy^3 - z^4 + a^4 = 0$, ut supra; & fluat z uniformiter, sitq; ejus fluxio unitas, & fiet per operationem primam $y^3 + 3z\dot{y}y^2 - 4z^3 = 0$, per secundam $6\dot{y}y^2 + 3z\ddot{y}y^2 + 6z\dot{y}^2y - 12z^2 = 0$, per tertiam $9\ddot{y}y^2 + 18\dot{y}^2y + 3z\dddot{y}y^2 + 18z\ddot{y}\dot{y}y + 6z\dot{y}^3 - 24z = 0$.

In